Concionatori vero, qui recta via debet petere à Nuntio benedictionem, istam ipse Nuntius dicendo = Dominus sit in corde tuo & concedit absque eo quod illum Celebranti remittet.

Fertur etiam Nuntio osculandum Evangelium (illo cantato) à digniori Canonico, seu à Subdiacono incensatur.

A digniori Canonico Assistente, seu à Diacono datur pax eidem Nuntio.

Antequam Celebrans benedicat Populo in fine missæ, salutat Nuntium, quasi petens ab eo Licentiam benedicendi et Nuntius illum resalutat et non debet Nuntius genuflectere ad benedictionem, sed stare.

Præsente Rege

Omnia fiunt, ut supra, exceptis quæ sequuntur nempe:

Non fertur Nuntio osculandum evangelium, nec incensatur, nec datur illi pax ob reverentiam ergà Regem, cui hæc omnia fiunt.